

Breve papieskie

udzielone

Zakładowi Kórnickiemu

przez

Ojca św. Leona XIII.



Leo PP. XIII
dilectae in Christo filiae
Hedvigi Comitissae Zamoyska.

Dilecta in Christo filia, salutem et apostolicam benedictionem!

Optimum quidem suscepisti opus pietatis, cuius praecipuum est puellas iuxta civilem earum conditionem religione ac virtutibus imbuere earumque mores sive ad dominantis sive ad famulantis officium pie honesteque fingere. Maxima enim tum familiae, tum civitati bona et commoda parit religiosa et recta mulierum educatio; contra earundem corruptio, in quam adversis hisce temporibus vehementissime intenditur, utrique parat perniciem. Quod autem provido huic et salutifero operi tu tuaque filia nedum vitam sed etiam opes addicere statueritis, gaudemus in Domino ac tibi et filiae sociisve, quas tibi ad istiusmodi opus adiunxisti, omni charitate gratulamur, cumque animi Nostri consolatione accepimus, tantae pietati ac libe-

519 0 1947



121897 2cp.

Leon XIII Papież

najmilszej w Chrystusie córce
Jadwidze Hr. Zamoyskiej.

Najmilsza w Chrystusie córko, pozdrowienie i Apostolskie błogosławieństwo!

Doskonalej pobożności rozpoczęłaś dzieło, którego zadaniem wychowywać młode dziewczęta stosownie do ich społecznego stanowiska, wpajając w nie zasady religii i płynące z niej cnoty, tak aby różnym obowiązkom czekającym je, czy jako panie domu, czy jako sługi, pobożnie i uczciwie odpowiedzieć zdołały. Wielką bowiem i niezmiernie ważną oddaje społeczeństwu i rodzinie przysługę bogobojne niewiast wychowanie i odwrotnie nic nie jest więcej dla obojga zgubnem, jak niewiast zepsucie, nad którym w naszych nieszczęśliwych czasach z taką zaciekłością pracują. Iżeście więc, Ty i Córka twoja, temu tak bardzo na czasie będącemu dziełu nie tylko życie wasze, ale i mienie poświęcić postanowiły, cieszymy się z tego w Panu i Tobie

ralitati lectos respondisse fructus, Nosque confidimus lectiores uberioresque in dies fructus editurum, si in opere ipso et in iis, quae illud curent et gerant, catholica religio semper perfectaue charitas vigeat et floreat.

Iam vero, dilecta in Christo filia, pio huic et frugifero operi, cuius Patronam voluisti SS^{mam} Dei Matrem Immaculatam Mariam a bono Consilio, pontificiae benevolentiae exhibendum censuimus testimonium, quod tibi et adiutricibus sit ad urgendum opus incitamento et ad aeternam facilius consequendam beatitatem emolumento.

Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac B. B. Petri et Pauli, Apostolorum eius, auctoritate confisi supra memorato operi tam addictis quam in posterum addicendis itemque iis, quarum idem opus pium curam gerit, quae corde saltem contritae coram imagine Deiparae Virginis a bono Consilio piam supplicationem „Memorare“ et invocationem „Nostra Domina a bono consilio, ora pro Nobis“, quovis idiomate recitaverint, quo die id egerint, centum dies; quae vero pariter contritae corde sive parvum Beatissimae Virginis Mariae, sive defunctorum, sive quodlibet alitud a catholica Ecclesia probatum officium passim per mensem devote recitaverint, semel

i Córce, jak również i towarzyszkom, któreście sobie do tej pracy przybrały, z serca przedsięwzięcia waszego winszujemy.

Z niemalą dla duszy naszej pociechą dowiedzieliśmy się, że tak wielkiej pobożności i wielkoduszności dzieło przedziwne już zaczęło wydawać owoce. Ufamy też, że takowe coraz doskonalszemi i coraz obfitszemi będą, jeśli zarówno w dziele samym jak i w tych, które mu przewodniczą i około niego pracują, katolicka wiara i doskonała miłość żyć i kwitnąć nie przestaną.

Postanowiliśmy tedy, najmilsza w Chrystusie Córko, pobożnemu temu i plon obfity rokującemu dziełu, którego Patronką chciałaś mieć Najświętszą i Niepokalaną Bożą Rodzicielkę Maryę Dobrej Rady, dać dowód pasterskiej naszej życzliwości, aby Tobie i Twoim Współpracownikom w pracy waszej był bodźcem i zachętą a ku łatwiejszemu pozyskaniu wiecznej szczęśliwości skuteczną pomocą.

Przeto ufni w miłosierdzie Boga Wszechmownego i wsparci powagą Apostołów Jego ŚŚ. Piotra i Pawła użyjemy w formie przez Kościół przyjętej wszystkim, którzy w powyżej wspomnianem dziele bądź teraz udział biorą, bądź w przyszłości udział brać będą, jak również tym, które Zakład

quovis mense septem annos, totidemque quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma ecclesiae consueta relaxamus.

Supradictis praeterea omnibus et singulis, quae vere poenitentes et confessae ac S. Communione refectae die vigesimo sexto Aprilis mensis festo B^{mae} Mariae a Bono Consilio singulis annis baptismalia vota flexis genibus in qualibet Ecclesia vel publico Oratorio renovaverint ibique pro Christianorum principum concordia, haeresium extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus itemque omnibus et singulis supradictis quamlibet ex tuis domibus inhabitantibus, in cuiuslibet earum mortis articulo, si vere quoque poenitentes et confessae ac S. Communione refectae, vel quatenus id facere nequiverint, saltem corde contritae nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus, corde devote invocaverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes

wasz pobożną opieką otoczają, 100 dni odpustu raz na dzień, ilekroć sercem skruszonym przed obrazem Matki Boskiej Dobrej Rady w jakimkolwiek bądź języku odmówią: „Pomnij, o najmiłosierniejsza!“ z wezwaniem „O Matko Dobrej Rady, módl się za nami!“ Tym, którzyby również skruszonym sercem pobożnie odmówili raz na miesiąc bądź małe Officium Najświętszej Maryi Panny, bądź Officium za umarłych lub jakiegokolwiek inne Officium przez Kościół św. zatwierdzone, udzielamy raz na miesiąc siedm lat i tyleż kwadragen odpustu.

Tymże osobom wszystkim razem i każdej z osobna, które w duchu prawdziwej pokuty wyspowiadawszy się i Komunią Św. przyjąwszy, dnia 26 Kwietnia w święto Matki Boskiej Dobrej Rady, bądź w kościele, bądź w publicznej kaplicy, klęcząc odnowią śluby na Chrzcie Św. uczynione i za zgodę i jedność ksiąząt chrześcijańskich, wykorzenie herezyj, nawrócenie grzeszników i podwyższenie Kościoła Św. Matki naszej pobożne zaniósą do Boga modły, udzielamy najmiłociwiej w Panu odpustu zupełnego, podobnie wszystkim i każdej z osobna z powyżej wymienionych osób w godzinę śmierci ich, w którymkolwiek bądź z domów Twoich zostających, byleby w duchu prawdziwej pokuty wyspo-

etiam animabus fidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse elargimur. Praesentibus ad decennium tantum valituris. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentium litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI Januarii MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri anno octavo.

(Sig.)

M. Card. Ledóchowski.

Textum supra allegatum concordare cum originali testatur



† **Eduardus Likowski**

Episcopus Aureliop. et suffrag. Posnan.

Zakopane, die 29 Julii a. 1892.

wiadawszy się, Komunią Św. zasilone, lub w razie niemożności dopełnienia powyższych warunków prawdziwie skruszone jeśli nie usta, to przynajmniej sercem imię Jezusa wezwały, udzielamy odpustu zupełnego.

Które to wszystkie razem i każde z osobna odpusty i od pokuty zwolnienia dozwalamy, aby były także za dusze wiernych Chrystusowych w miłości Bożej zeszyłych z tego świata ofiarowane.

Życzeniem naszym jest, aby ten przywilej moc swoją i wagę zachował na dziesięć lat, mimo wszelkich przeszkód, jakieby mu kiedykolwiek lub gdziekolwiek czynione być mogły.

Także wolą naszą jest, aby wszelkie Listu tego odpisy lub exemplarze drukowane z podpisem publicznego notariusza i pieczęcią duchownej osoby, dostateczną ku temu obleczonej powagą, opatrzone, takąż samą wiarę znalazły, co niniejszy oryginał, ilekroć byłby pokazany lub przedstawiony.

Dan w Rzymie przy kościele Św. Piotra pod pierścieniem Rybaka dnia 26 Stycznia Roku Pańskiego 1886, Papiestwa naszego roku ósmego.

(podpisano:) **M. Card. Ledóchowski.**

*) Powyższe odpusty przedłużone zostały osobnem brewem papieskiem na dalsze lat dziesięć.

Drukarnia Dziennika Poznańskiego.



BIBLIOTEKA KÓRNICKA

121817